



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 83. Civitella a Gallico exercitu obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.

erat, bina tormentorum explosione honorabat: altera autem die, quæ erat dies cinerum illo eodem anno in diem vigesimum secundum Martii incidens, Guisus Sacro solemni, quod Papa in Basilica D. Petri celebrabat, interfuit.

§. LXXXIII.

*Civitella a Gallico exercitu obsessa.*

*Thuan. Et  
Raynald hoc  
ann.*

**I**nterea ad Guisii adventantis famam Albæ Dux misso Ascanio Corneo, qui urbes, quas circa Neapolin muniri jusserat, inspiceret: ipsemet vero die undecima Aprilis magnis itineribus Sulmonem contendit, indeque Theatem, & Atrium profectus Sanflorianum Comitem Civitellam præmisit, qui incolas ex proximæ obsidionis rumore territos erigeret: haud temere enim sibi timebant, eoquod Galli Gamplium urbem non nisi tertio lapide Civitella disitam jamjam cepissent, atque omnia ferro, sanguine, ac libidine, quin ulla ætatis, sexus, vel Religionis haberetur ratio, fœdassent, dum hanc urbem die decima quarta Maji ingressi fuerant. Paulo post Galli usque ad Civitellæ portas excurrebant circa idem ferme tempus, quo Sanflorianus ab Albæ Duce missus eam ingrediebatur. Præerat urbi Carolus Loffredus unacum mille ducentis Italis, ac duobus popularis mili-

militiæ signis, qui omnes urbem in-  
genti fortitudine tuebantur, cum ergo  
Guifius magnam cladem acciperet, hinc  
Caraffis, eoquod Gallos tam funesto  
involvissent bello, vehementer indigna-  
batur, ac de ipso etiam Pontifice cum  
Montis-Belli Marchione adeo expoſtu-  
labat, ut ex querelis in jurgia ambo  
prolapſi poſt acerbas utrinque objurga-  
tiones plurimum commoti diſcederent,  
& quidem Antonius Caraffa, relicto in  
caſtris Guifio Duce, veredariis equis  
Romam contendit, ut negotium Car-  
dinali Agnato ſuo communicaret, &  
ambo rebus ſuis in tempore conſule-  
rent, cum parum ſpei, ac præſidii ſibi  
in Gallis eſſe reſoſitum cernerent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.

§. LXXXIV.

*Guifius Dux obſidionem ſolvere  
coactus.*

Paulo poſt Albæ Dux, cum Civitellam  
obſideri intelligeret, cum viginti  
quatuor millium exercitu protinus ac-  
currit, promotisque caſtris propius urbi  
accedit. Equidem Guifius Dux, ut  
hoſtis adventum præverteret inceptam  
obſidionem urgebat, ac turrim, quæ ex  
arce diruta ſupererat, tandem dejecit,  
& ſexaginta amplius paſſuum ruinam  
muri fecit, hinc ad illam portam pro-  
pugnaculis prominentibus omnino nu-  
datam,

Thuan. 1. c.  
Belcar. 1. 27.  
Pallav. 1. 14.  
c. 2. n. 2.